AMTSBLATT

FÜR DIE ERZDIÖZESE FREIBURG

Stück 22	Freiburg im Breisgau, 12. August	1955

Vereinfachung der Rubriken für Brevier und Messe. — Direktorium 3. September 1955. — Päpstliches Werk für Ordensberufe. — Spendung der Notfirmung an Kinder. — Kollekte am Schutzengelfest. — Kirchenvorstandswahlen 1955 in Hohenzollern. — Ernennung. — Pfründebesetzung. — Verzicht.

Nr. 147

Vereinfachung der Rubriken für Brevier und Messe

CIRCA INTERPRETATIONEM DECRETI S.R.C. DIEI 23 MARTII 1955 (DE RUBRICIS AD SIMPLICIOREM FORMAM REDIGENDIS).

Edito Decreto generali (De Rubricis ad simpliciorem formam redigendis) diei 23 Martii 1955, ad Sacram Rituum Congregationem pro opportuna solutione insequentia dubia delata sunt; nimirum:

1. Utrum diebus a 2 ad 5 Ianuarii, et a 7 ad 12 eiusdem mensis in choro Missa defunctorum celebrari possit?

2. Utrum diebus suppressae octavae Epiphaniae, in officio feriali, antiphonae ad Benedictus et ad Magnificat dicendae sint quae singulis diebus infra octavam notantur?

3. In Dominicis olim infra octavas Ascensionis, Corporis Christi et Ss. Cordis Iesu, iuxta tit II, 19, officium dicitur (prouti nunc). Quaeritur: a) quinam sit color paramentorum? b) quaenam dicenda sit praefatio?

4. Utrum numerus commemorationum, de quo tit. 4, a, b, c, ita intelligendus sit ut commemorationes admissae semper sint (praeter et post) commemorationes nunquam omittendae?

5. Utrum festa commemorata, iuxta tit. III, 5 adhuc gaudeant in officio lectione IX historica vel evangelica?

6. Utrum festum cuiusvis tituli vel mysterii Domini occurrens in Dominicam acquirat primas Vesperas?

7. Quoad officium S. Mariae in Sabbato, quaeritur: utrum reducatur ad commemorationem?

8. Quaenam antiphona dicenda est ad Vesperas Feriae VI, tempore paschali, quando die sequenti fit de S. Maria vel de festo quod caret primis Vesperis?

9. Quoad Missas votivas sollemnes quaeritur: utrum maneant rubricae praescribentes earum commemorationem faciendam esse sub unica conclusione cum oratione diei, cum celebrari impediuntur?

10. Utrum, iuxta tit. V, 4, collectae ab Ordinario simpliciter imperatae omittantur quando orationes dicendae numerum ternarium attigerint?

Et sacra Rituum Congregatio, audita sententia Specialis Commissionis, reque sedulo perpensa respondendum censuit:

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative.

Ad III. In Dominica infra octavam suppressam Ascensionis color paramentorum erit albus, et praefatio Ascensionis; in Dominicis infra octavas suppressas Corporis Christi et Ss. Cordis Iesu, color paramentorum erit viridis, et praefatio de Trinitate.

Ad IV. Negative, iuxta n. 3, tit. III, de ternario orationum numero non excedendo.

Ad V. Negative.

Ad VI. Affirmative, qui tenet locum Dominicae.

Ad VII. Negative.

Ad VIII. Dicenda est antiphona II Vesperarum Dominicae praecedentis.

Ad IX. Affirmative, si oratio praescribatur sub praecepto; Negative, si oratio permittatur dicenda ad libitum. In supplicatione vero XL Horarum, aut occasione expositionum quae forte fiunt per annum, oratio Ssmi Sacramenti semper est dicenda in omnibus Missis, quae celebrantur in altari expositionis tantum.

Ad X. Collectae ab Ordinario simpliciter imperatae ommittuntur quando orationes, una cum collectis, numerum ternarium attigerint.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit, die 2 Iunii 1955.

C. Card. CICOGNANI, Praefectus.

L. † S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., Secretarius.

(AAS 47, 1955, pag. 418 sq.)

Nr. 148 Ord. 14. 7. 55

Direktorium 3. September 1955

2 Sept. Fer 6 Vp. (dupl.) de seq. △, or. pr., com. praec. tant.

3 Sept. Sabb. **St. Pii X Pp C.**, dupl. △ A
Off. Ord. Ll. 2. et 3. Nr. noviss.

Ies. S. S. Missa pr. noviss., 2 or. (etiam in Missa Ies. S. S.) pro Archiepiscopo Eugenio* e. M. Sacerdotes in Anniv. Elect. et Conscr. Episcopi, Praef. de App.
Vp. (sem) de seq., omnia de Sabb. (ad Magn. Ant Cum audisset Iob), com. praec. (Ant. Dum esset) sine suffr. Ad Compl. omitt. Preces.

Nr. 149 Ord. 30. 7. 55

Päpstliches Werk für Ordensberufe

Der Hl. Vater Pius XII. hat durch Motu proprio vom 11. Februar 1955 das Werk zur Erhaltung und Förderung der Ordensberufe errichtet (Pontificium Opus vocationum Religiosarum). Das Werk hat seinen Sitz in Rom bei der Religiosenkongregation. Letztere hat mit Dekret vom 11. II. 1955 die Statuten für das Werk sowie die Ausführungsbestimmungen desselben erlassen. Der Zweck des Werkes ist, das Verständnis für den Ordensberuf zu wecken, die echten Kennzeichen des Berufes aufzuzeigen, den Nutzen und die Vorzüge desselben darzustellen, die Übungen der Frömmigkeit, der Buße und Liebe zu fördern, damit Gott viele und gute Rufe der Kirche schenke und schließlich die Unterstützung der bereits vorhandenen Werke zur Weckung von Ordensberufen. Der Herr Erzbischof hat das Werk mit Wirkung vom 1. August ds. Js. auch in der Erzdiözese Freiburg errichtet und zum Leiter des Werkes den Jugendpfarrer Julius Schäuble in Freiburg i. Br., Winterer-Straße 1, ernannt, der als solcher den Titel »Direktor des Werkes für Ordensberufe« führt.

Nachstehend bringen wir die »Statuta« und die »Normae ad statuta exsequenda« zum Abdruck.

PONTIFICIUM OPUS VOCATIONUM RELIGIOSARUM

I

STATUTA

I

Pontificium Opus vocationibus ad perfectionis Status tuendis fovendisque est Opus princeps a Ssmo Domino Pio Pp. XII constitutum per Apostolicas Litteras motu proprio datas *Cum supremae*, die XI Februarii a. MCMLV.

II

Hoc Pontificium Opus suam sedem habet apud S. Congregationem religiosorum sodalium negotiis praepositam.

III

Ad finem qui praestitutus est adsequendum, Pontificium Opus:

1° curat imprimis propagationem genuinae notionis de perfectionis Statuum natura, utilitate, excellentia prout exponitur in recentioribus documentis pontificiis;

2° promovet opera pietatis, paenitentiae et caritatis, ut Deus multas easque optimas vocationes ad perfectionis Status concedat;

3° fovet incrementum Operum quae pro religiosis vocationibus in singulis regionibus erecta sunt, et curat ut constituantur ubi nondum condita fuerint.

IV

Ad Pontificium Opus adgregari possunt:

Religiones omnes ac Societates quae Religionibus adsimilantur, Instituta saecularia sive virorum sive mulierum, monasteria ac singulae religiosae domus, Consilia ex Moderatoribus ac Moderatricibus maioribus prout nunc in pluribus nationibus exstant, et Opera quaeque peculiari modo ad vocationes religiosas excolendas iuvandasque constituta.

Eidem Operi adscribi possunt:

Collegia ecclesiastica consociationesque catholicae, christifideles omnes qui sive ad clerum sive ad laicatum pertineant, quique tanto Operi praesto esse cupiant.

V

Pontificium Opus vocationum religiosarum committitur tutelae Sacrae Familiae Nazarethanae quae omnibus perfectionis Statibus «suavis efficacisque coniunctionis vitae contemplativae cum activa praebet exemplum» (Constitutio Apostolica *Sponsa Christi).*

Romae, die XI Februarii anno MCMLV.

L. † S. Valerius Card. Valeri, *Praefectus*
P. Arcadius Larraona, C. M. F., *Secretarius*

II

NORMAE AD STATUTA EXSEQUENDA

Regimen

Pontificio Operi vocationum religiosarum praeest Emus Cardinalis Praefectus S. Congregationis de Religiosis; vices eius gerit Excmus Secretarius eiusdem S. Dicasterii.

Pontificium Opus nulla in re autonomiam atque legitimam libertatem adimit Operibus peculiaribus quae propriis legibus continentur et ordinantur.

Adscriptio

Petitio adgregationis vel adscriptionis Pontificio Operi pro Statibus perfectionis, collegiis ecclesiasticis, ceterisque institutis vel consociationibus catholicis et Operibus peculiaribus vocationum religiosarum fit ab eorumdem Moderatoribus.

In actu adgregationis vel adscriptionis Pontificium Opus tradit Societatibus diploma, et personis speciale testimonium.

Omnes adscripti modicam stipem annuam conferent.

Piae exercitationes

Quae sequuntur valde commendantur, ut Deus optimas vocationes ad singulos Status perfectionis concedere dignetur una cum auxiliis necessariis quibus vocationes ipsae ad felicem exitum adducantur:

1° abstinentia et ieiunium in vigiliis Assumptionis B. M. V. et Natalis D. N. I. Ch., speciali intuitu Operis vacationum religiosarum;

2° preces quas singuli Status perfectionis per vices, sine intermissione fundant;

3° celebratio *diei vocationum religiosarum* cum pio exercitio per decretum S. C. Rituum adprobato, atque peculiaribus indulgentiis a S. Paenitentiaria Apostolica ditato;

4° celebratio *diei oblationis* in quo infirmi dolores et angustias pro vocationibus religiosis una cum pretiosissimo Sanguine Christi Domino offerent.

Pontificii Operis navitas

Pontificii Operis erit:

1° providere ut typis apte edantur scripta et pervulgentur, quo melius in dies cognoscatur et magis aestimetur dignitas et utilitas religiosae vocationis;

2° suadere sacerdotibus ut ad hoc pertractandum argumentum omnes opportunitates nanciscantur (e. g. conciones quadragesimales, exercitia spiritualia, supplicationes novendiales, catecheses pro adultis, etc.);

3° adhortari fideles ut studeant tum documentis a Sancta Sede datis, tum scriptis Sanctorum Patrum et piorum auctorum de Statibus evangelicae perfectionis et de vita religiosa;

4° fovere in pueris et adulescentibus utriusque sexus, quorum quovis titulo praesertim Statuum perfectionis membra curam habeant, vitae religiosae aestimationem et intimum perfectionis christianae desiderium in eisdem alere;

5° congressus convocare in quibus hoc argumentum tractabitur, vel saltem curare ut in ceteris etiam congressibus, aliquid semper edisseratur de vocatione religiosa;

6° servare necessitudinem et rationes cum Religionibus, Societatibus, Institutis adgregatis. Opera peculiaria, ceteraque incepta utilia adiuvare, promovere ac inter se colligare, eisdem proponendo aptiora adiumenta ad optatum finem obtinendum. De omnibus dein quae egerint et consecuti fuerint, breviter, plane, accurate Pontificio Operi referant.

Dies festi

Praecipua festa Operis Pontificii erunt:

1° festum S. Familiae, Dominica infra Oct. Ephiphaniae;

2° festum Omnium Ss. Fundatorum;

3° festum Ss. Petri et Pauli, die 29 Iunii;

4° dies onomasticus Summi Pontificis, supremi Moderatoris omnium Statuum perfectionis.

Romae, die XI Februarii anno MCMLV.

L. † S. Valerius Card. Valeri, *Praefectus*

P. Arcadius Larraona, C. M. F., *Secretarius*

Nr. 150 Ord. 4. 8. 55

Spendung der Notfirmung an Kinder

Durch Reskript vom 28. Juni 1955 Nr. 3038/55 hat die Hl. Sakramentenkongregation für weitere drei Jahre den Hausgeistlichen in Entbindungs- und Säuglingsheimen, Krankenhäusern mit Wöchnerinnenstationen u. ä. die Vollmacht erteilt, Kindern die Notfirmung zu spenden. Diese Vollmacht gilt für den von uns angestellten Hausgeistlichen oder im Falle der Anstellung mehrerer für den ersten von ihnen. Sollte jedoch einer von mehreren Krankenhausseelsorgern ausdrücklich mit der Kinderseelsorge betraut sein, so gilt die Vollmacht für ihn.

Die Vollmacht zur Notfirmung der Kinder darf von den erwähnten Hausgeistlichen nur benutzt werden, wenn kein Bischof erreichbar und der zur Spendung der Notfirmung allgemein berechtigte Ortspfarrer nicht zu erreichen oder rechtmäßig verhindert ist.

Im Falle der Abwesenheit oder Verhinderung der erwähnten Hausgeistlichen kann nur ein Bischof oder der Ortspfarrer das Sakrament der Firmung gültig spenden.

Hierdurch ist die in unserem Erlaß vom 20. Mai 1955 (Amtsblatt Seite 276, Nr. 108) im letzten Absatz erwähnte Vollmacht auf weitere drei Jahre verlängert.

Nr. 151 Ord. 27. 7. 55

Kollekte am Schutzengelfest

Am Sonntag, den 4. September 1955 (Schutzengelfest) findet die übliche Kollekte des Schutzengelvereins statt.

Die Kollekte am Schutzengelfest soll dem Generalvorstand des Bonifatiusvereins in Paderborn für die Kinderseelsorge in der Diaspora zufließen. Dem Schutzengelverein obliegt die Sorge für 900 Seelsorgehelferinnen und Katechetinnen, die die Diasporapriester in der Ost- und Westzone in ihrer schwierigen Seelsorgsarbeit unterstützen. Durch den steigenden Priestermangel, besonders in der Ostzone, ist die Ausbildung und der weitere Einsatz von Seelsorgehelferinnen notwendig, damit die religiöse Unterweisung der Kinder und Jugendlichen auch weiterhin gesichert ist. Diasporapriester und Seelsorgehelferinnen sind mehr denn je auf die Hilfe des katholischen Landes angewiesen, um ihre religiösen Aufgaben erfüllen zu können.

Wir bitten daher den hochwürdigen Klerus, die Kollekte am Schutzengelfest den Gläubigen zu empfehlen.

Der Ertrag der Kollekte möge alsbald an die Erzb. Kollektur (P. K. Karlsruhe Nr. 2379) überwiesen werden. Auf dem Abschnitt wäre zu vermerken: »Für die Schutzengelvereinskollekte«.

Nr. 152 OStR. 9. 7. 55

Kirchenvorstandswahlen 1955 in Hohenzollern

Am 30. September 1955 läuft die Amtszeit der im Jahre 1949 gewählten Kirchenvorstandsmitglieder und der inzwischen dafür eingetretenen Ersatzmitglieder ab. Es ist also die Hälfte der vollen Mitgliederzahl des Kirchenvorstandes zu erneuern. Wir verweisen auf das Gesetz vom 24. Juli 1924 (Anz. Bl. 1925 S. 95) und auf die Wahlordnung vom 20. Dezember 1928 (Anz. Bl. 1929 S. 225) sowie auf Amtsblatt 1949 S. 191.

Nach § 3 des genannten Gesetzes beträgt die Zahl der gewählten Mitglieder in Gemeinden

bis 500 Seelen = 6, die Hälfte also = 3
bis 1500 Seelen = 10, die Hälfte also = 5
bis 3000 Seelen = 16, die Hälfte also = 8
bis 6000 Seelen = 20, die Hälfte also = 10
bis 15000 Seelen = 24, die Hälfte also = 12.

Maßgebend ist das Ergebnis der letzten Volkszählung.

Gleichzeitig sind Ersatzmitglieder zu wählen und zwar in Gemeinden bis zu 6000 Seelen = 2 und in größeren Gemeinden = 3. Diese stehen im Range den im Jahre 1952 gewählten Ersatzmitgliedern, deren Eigenschaft am 30. September 1958 endet, nach. Eine Wiederwahl sämtlicher ausscheidenden Kirchenvorstands- und Ersatzmitglieder ist zulässig. Das Amt der Neugewählten dauert bis 30. September 1961.

Einzelne Kirchengemeinden haben die Anzahl der in den Jahren 1949 und 1952 gewählten Kirchenvorstandsmitglieder nach den s. Z. erteilten Hinweisen richtigzustellen. Wir empfehlen, Wahlvorschläge aufzustellen, damit keine im Amt bleibenden Mitglieder oder mehr, als zu wählen sind, auf den Stimmzetteln erscheinen. Solche Stimmzettel wären ungültig. Auch die Ersatzmitglieder sind vorzuschlagen.

Liehners Hofbuchdruckerei in Sigmaringen haben wir beauftragt, den Pfarrämtern wieder die erforderlichen Vordrucke zuzuleiten. Alsbald nach Erhalt derselben ist die Wählerliste aufzustellen und auszulegen, letzteres spätestens 1 Monat vor dem Wahltag. Zugleich ist die Auslegung der Wählerliste bekanntzugeben. Die Wahl selbst soll im Laufe des Monats September ds. Js. erfolgen.

Auftretende Fragen wollen jetzt schon mit uns geklärt werden. Eine Verschiebung der Wahl darf nur mit unserer Zustimmung in besonders begründeten Fällen stattfinden. Die bisherigen Mitglieder haben die Geschäfte bis zur Amtseinführung ihrer Nachfolger pflichtmäßig weiterzubesorgen. Die Namen der neu gewählten Kirchenvorstands- und Ersatzmitglieder sind uns bis 1. Oktober 1955 mitzuteilen.

Ernennung

Der Hochwürdigste Herr Erzbischof hat den Domkapitular Albert Stehlin mit Wirkung vom 15. Juli 1955 zum Wirklichen Geistlichen Rat und Mitglied des Erzb. Ordinariates ernannt.

Pfründebesetzung

Die kanonische Institution hat erhalten am:

24. Juli: Mayer Anton, Pfarrkurat in Eppelheim, auf die Pfarrei Wagshurst.

Verzicht

Der Hochwürdigste Herr Erzbischof hat den Verzicht des Pfarrers Joseph Karrer auf die Pfarrei Untersiggingen und des Pfarrers Wilhelm August Maier auf die Pfarrei Ohlsbach mit Wirkung vom 15. September 1955 cum reservatione pensionis angenommen.

Erzbischöfliches Ordinariat

Herausgegeben von dem Erzbischöflichen Ordinariat, Freiburg i. Br., Herrenstraße 35 / Fernruf 6210
Druck und Versand: Buchdruckerei Rebholz, Freiburg i. Br., Habsburgerstraße 107